tum in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo
præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua princi:
pali ex præmissis non completa complenda. Citata exi:
stens memorata Recognoscens Nobilis Anastasia Jerle:
cka sive eius successores, Ad instantiam prænomina:
torum Nobilium Joannis Krzeminski filii et Zachariæ
Nanowski Cessionariorum suorum aut illorum successo:
rum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmy:
sliense ex tunc recessu suprascripto quo ad responden:
dum spectat mediante, semper in primo Citationis Termi:
no tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Va:
dium præfatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac de
iudicatum pati debebit et tenebitur, Seque ac suos successores
ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus eundem
Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes
exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper pe:
remptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio
militari, ad munimenta ad Curtorem, Vel aliis quibusvis
dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem præterea Ultra proximos officii præfati
Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilatio:
nem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellatio:
nes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa om:
nia pœnis simplicatis vel triplicatis, Evasionibus, suspensio:
nibus, fatalis Juris præscriptione, terrestri bello conven:
tioneque, Vel aliis quibusvis Juris remediis et defensis non
subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac
sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia
mediante.

Cuzanski Nanowskiemu Cedit

1010 +

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Nicolaus Curzanski Nobilis olim Iwani Curzanski filius sanus mente et corpore existens a Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infrascripto nimirum de summa Quinquaginta Florenorum Polonicalium eidem olim suprascripto Nobili Iwano Curzanski sui Recognoscentis Parenti per Nobilem olim Wasko Jerlecki Andrzeykowicz Actis Terrestribus Praemysliensibus inscripta et super bonis eius propriis et haereditariis Videlicet part. Lenora Roli na Olesnym od Wsi Jerla, item Jutoniastkow dwa Vno in Kormanowie altero na Perewni in Villa Jerlo Terra Praemysliensi sitt et iacen. modo obligatorio in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo de biennio ad biennium modo obligatorio ad solvendum assecurata, post fata vero eiusdem olim suprascripti Parentis sui in se Recognoscentem Jure divino et naturali Successione devoluta nec non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Terrestri Praemysliensi in se de praemissis Cautioni, tum et bonis superius recensitis summa praefata et Inscriptione obligatoria oneratis, cum parata Jure eiusdem praesentis Cessi summa et bonorum Intromissione, Tuitione, et evictione pacificaque in huncusque continuata possessione, cum omni praemissorum Jure dominio proprietate, competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae obligatoriae, Jurisque praesentis Cessi, Conditionibus punctis Clausulis

1068

Clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus in Vni-
versum omnibus, summa quoque suprascripta, et bonorum
summa eadem oneratorum, Vtilitatibus, fructibus, proventi-
bus, reddititibus, emolumentis, commodis, obventionibus
attinentiisque et pertinentiis generaliter Vniversis, nihil ex
praemissis Iuris Dominij proprietatis ac cuiusuis compe-
tentiae et praerogativae prose Recognoscente suisque succes-
soribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Ve-
rum prout praemissa omnia et singula praesentibus reco-
gnita ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat
ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant. Iam
ex nunc et defacto Nobili Zacharia Nanowski Nobilis
olim Alexandri de Ternawa Nanowski filio et ipsius
successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus
plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescen-
dit prout cedit et condescendit praesentibus, omneque et in-
tegrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam
eiusdem Nobilis Zachariae Nanowski Cessionarij sui eiusque
successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit,
et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat
praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum, summam
ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia
praesentibus per se Recognoscentem transfusa, is idem
Recognoscens Nobilis Nicolaus Gurzanski praefato Nobi-
li Zachariae Nanowski Cessionario suo eiusque posteris iam
ex nunc et defacto coram officio praesenti dat et admittit
realem subomissionem, et actualem pacificamque possessio-
nem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles.

1012

+

duos die quacunque voluerit efficiendae acceptandum, per ipsum Cessionarium suum et ipsius posteros, hoc idem ius praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiisque et praerogativa quarum tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quorum beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi praefati iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentibusque cessi et transfusi vigore. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Gurzanski prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, praefato Nobili Zachariae Hanowski Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dicto iure cesso, summa ac bonis summa eadem oneratis, praemissisque omnibus praesentibus transfusis et vati: one eorundem omnium praesentibus abscessorum, ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existendum extra persona et occasione sui Recognoscentis ac suorum successorum, iurisque praesentis cessi, tantum modo et non ultra exorienda, in omni iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non hoc idem ius praesens cessum, summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentibus

Condescensa.

Condescensa, cuius personarum modo quocunq, et tidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumque succes: sorum, tantum modo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes cessa importatis et importandis, litis clerique et perlucris, processibusque Juris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis, et tidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumque successorum, tantum modo et non ultra perductis et perducendis, emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum, summa eadem praesentibus abscessa oneratorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officii ose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis, submissas et subordinatas personas non praepedire, nec adimere, ipsumque Cessionarium suum et ipsius successores, in praemissis omnibus praesentibus condescensis, nullo modo iniuriari, ita ut idem Cessionarius suus cum suis posteris, hoc idem Jus praefatum Cessum, summam ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus Cessa, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Competentiaque et praerogativum quaevis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionaria vigore tenere habere et

1014

possidere queat, illisq usufrui possit. Seq sub Vadio summa Quinquaginta Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros prænominato Cessionario suo et illius posteris, ob non Complectionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Complenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Curzanski, sive eius successores, Ad instantiam prænominati Nobilis Zachariæ Nanowski Cessionary sui, aut illius successorum, ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense, ex tunc recessu superscripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare suri parere, respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione, in bu Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quicdem Vel alijs quibusuis, dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quiolationem præterea Vltra proximos officy præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia præmis simplicibus Vel duplicatis, Evasionibus, Suspensionibus

fatalibus

fatalis Juri, praescriptione Terrestri, Vallo, Conventioneque Vacaliis quibusuis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Nanowski Krzeminskiemu Donat

1069

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Zacharias Nanowski Nobilis olim Alexandri de Jernawa Nanowski filius sanus mente et corpore existens a Jonis Dirhicthuies Sinibus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum praesentem attinet, secum successoribusque ac bonis suis generaliter omnibus, localiter et plenarie incorporando atque subyciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria Nobili Jacobo Krzeminski, modo Inscriptionis donatoriae acquisita Videlicet pulvoli, Mendwiczgt nazwany z połową trech putniarkow do teyze voli należących od miedzy Philipkowskiey do Granicey Smereczanski, z budynkiem na częsci teyze połowy Roli przynależącym in bonis Villae Terlo Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacere et consistere cum omni praedecessorum Jure Dominio, proprietate haereditate, tituloque haereditario, omnibusque et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis et obuentionibus quibusuis tum cum aedificiis et structuris ad bona eadem perti: